

**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm|| Maii Et Ivnii

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10258 - 10263**

De SS. martyribus, Iohanne & Paulo & Gallicano.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77393](#)

dis & exportandis reliquijs omnium fuit studiosissimus. Sed ecce mox à dedicatione idem ipse Fridericus diuinus castigatur, laboratque corpore, & fit mēntis inops, ita ut nec verba nec gestus eius, moribus & personā illius congruerent. Post paucos autem dies morbo eum grauissimè infestante, & fratribus pro illo orantibus, illa Cr̄tice consignatus est, quam Egbertus Treuirorum Archiepiscopus Egmundanæ ecclesiae dedit, cuius virtutes crebro experti sunt & commemorare solent eius loci fratres, & plerique laici. Ab ea consignatione mox sensu integro, Crucem illam, reuerenter sese inclinans, salutauit. Nec multo post totus curatus est. Multi tamen in ea fuere sententia, idcirco castigatum eum fuisse, quod tam audacter minusque cautè sacras reliquias tradidisset: vt discat homo, putredo & vermis, eiusmodi se rebus non temere ingere, sed cum tre more & summa reuerentia tractare diuina.

Nota.

## MARTYRIVM SS. IOHANNIS ET PAVLI,

ITEM GALICANI VIRI CLARISSIMI, A TERENTIANO conscriptum. Consentient antiquissima Martyrologia; Ad Episcopum maximam eius partem ferè ad verbum habet in suo Martyrologio. Nos aliquot loca nonnihil elimauiimus.

Junij 26.  
Cap. 1.

V B Constantino Augusto, & Gallicano Duci Romani exercitus, Persarum gens, quæ Syriam inuaserat, viita & profligata est. cumq; idem Gallicanus triumphibus in fulis sublimatus, acceptus esset Augusto Constantino & charus, filiam eius sacratissimam virginem Constantiam sibi poscebat vxorem. idq; non mediocri iustitia rum est. flagitabat, cum gens Scythica, quæ Thraciam occupaverat, imminceret. Et quia magna erat autoritate, Comites omnes & prefecti cum viuero populo Romano, vt id fieret, postulabant. Constantinus vero Augustus magno cœpit animi dolore affici, quod sciret filiam suam in sancto proposito manentem, faciliter occidi posse, quam vinci. Quæ cum patris solicitudinem studio sanctitatis conaretur excludere, dixit ad eum: Si certissimum non haborem, quod me non deseret Deus, recte & formidini meæ, & solicitudini tua locus aliquis daretur. Cum vero certa sim de Deo meo, pone pater omnem hanc solicitudinem tuam, teque me illi coniugem daturum promitte ea conditione, vt si Scytharum gentem superauerit, me victor simul & Consul accipiat: porrò sponsionis huius gratia duas filias virgines quas ex amissa coniuge suscepit, vsq; ad nuptiarum die apud me esse sinat: atq; ipse Iohannem Praepositum & Paulum Primicerium meum apud se comiter habeat: vt & ipse me per familiares meos alloqui & cognoscere possit: & ego per eius filias votum, mores, insitutumq; illius cognoscam. Facta sunt omnia hec, sicut virgo disposuit: & quasi instar arrhabonis cuiusdam datur Gallicano duo fratres eunuchi ex parte Augusta, & due sorores, Gallicani filii: ipsi Augustæ traduntur: quæ ita erant liberalibus studijs eruditæ, vt vix in virorum sapientium numero illis pares scientia inueniri possent. Altera ex ijs Attica, Altera Arrhemia dicebatur. Quas cum Constantia ad se venire didicit, expandens manus ad Dominum, sic orauit;

Cap. 2.  
Oratio Constantiae Virginis.Iohan. I.  
Iohan. 15.

Domine Deus omnipotens, qui me orationibus tuae martyris Agnæ à lepra mundasti, & semitam mihi timoristui propitiis ostendisti, virginitatemque thalamum reservasti: vbi tu sponsus, tu filius manifestatus es: tu genitus ex Maria, tu genitor probatus es Mariæ, tu laetus vberibus Maria, tu omne seculum nutriendis, simul etiam illam, à qua laetus es & nutritus: tu infantulus crescens aetate, tu omni seculo incrementa tribuens: tu sapientia proficiens, cum ipse sis sapientia: tu ita magnus, vt te magnificentius nihil sit: tu verus homo ex matre editus in tempore, tu verus Deus ex patre sine matre genitus in aeternitate! Deus de Deo, fecisti quæ non erant: ex matre sine patre carnali editus, quæ lapsum incurserant, reparasti: tu fusus in lucem, illuminatus es, cum sis ille, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Te deprecor, credens quod iussisti te queso petens, quod ipse promisisti, cum diceres: Amen dico vobis, si quid petieritis a patre in nomine meo, dabit vobis. Peto itaq; Domine, vt has Gallicani filias tu luereris: ipsum quoque Gallicanum, qui me tibi auferre contatur,

DE SS. IOHANNE, PAVLO, ET GALLICANO, MART. 933

tur tua fidei adiungere digneris. Aperi Domine os meum auribus earum, & aperi au-  
res cordis earum sermonibus meis, consensuque illarum mihi pande ianuam, & tan-  
tam verbis meis vim largiaris, ut carnis commercium respuentes, tibi consecrati de-  
siderent, atque ex hoc desiderio tantus amor in eorum pectora existat, ut feruenter  
in hiantes ad thalamum illum tuum caelestem, plenis olio lampadibus & tuae charita-  
tis splendentibus flammis ad eum pertingant, ut loco ipsis inter sapientes virgines at-  
tributo, de tua misericordia gloriantes, nihil terrenum appetant, sed te solum integro  
viscerum suorum affectu concupiscant. Hanc vero orationem fusile Constantiae, i-  
psa narrante didicimus, quam etiam ab ea scriptam legimus. Vti vero Atticam & Ar-  
themiam ad Dominum conuerterit, quod ad Gallicani martyrum explicandū pro-  
perem, studiosè pratero.

Igitur veniens Gallicanus ouans, a Constantino, eiusque liberis, atq; ab omni Co-  
mitatu & Senatu excipitur, nec prius ingressus est urbem Romam, quam ad sacra Pe-  
tri Apostoli limina perrexisset. Dixit autem ad eum Constantinus, Cum ad bellum  
proficisceris, in Capitolium & tempia ingressus, dæmonibus immolasti? & iam inde  
victor redies, Christum adoras & eius Apostolos: Quid vero isthuc rei sit, mihi nosse  
cupienti pande per ordinem. Gallicanus cum adorans, ait, Cum Scythica gens me in  
Thraciarum Philippopolis conclusisset, strageque nostrorum plurimas edidisset, for-  
midante me cum illis configere, quod exigua esset mihi militum manus, illorum au-  
tem innunda multitudine, insisterem sacrificijs, & varias Marti victimas offerebam,  
& quid multis moror? Creuit tandem obsidio, & omnes tribuni & milites mei se ho-  
stibus dedidere. Cum autem cuperem ego fugae aditum reperire, Paulus & Iohannes,  
quorum alter prepositus, alter primicerius est dominæ meæ, pietatis vestræ filia, Co-  
stantia Augustæ, dixerunt mihi, Nuncupa votum Deo cœli, si te liberauerit, fore te Gallicanus  
Christianum, sicque eris vicit amplius quam fuisti. Fator, sacratissime Imperia, vobis se  
tor, simulaque votum hoc ore meo prolatum est, apparuit mihi iuuenis statura ex-  
celsus, ferens in humero Crucem, & dicens, Sum gladium tuum, & sequereme. Cū cit Scythes,  
que ego sequerer illum, apparuerunt mihi hincinde milites armati, confirmates me  
atque dicentes, Nostibi præstamus officium, tu ingredere castra, & dextera leuaque  
tenens gladium euaginatum, respice donec ad ipsum regem peruenias. Ad quem  
cum peruenissem, prostratus ille ad pedes meos, rogauit ut sanguini ipsius parcerem.  
Ego flexus pietate, nullum penitus ex illis occidi, nec occidi iussi ab aliis. Atque ita vi-  
niuersa Thracia a Scythis liberata est, & Scythæ facti sunt tributarii. Tribuni om-  
nes, qui ad me cum suis militibus reuerti voluerunt, nisi fierint Christiani, a me mini-  
mè recipi posuerunt. Eos autem qui in id consenserent, gradu sublimiori affecij tateris  
militia priuatis. Porro me ipsum iam Christianum effectum, ita Deo deouit, ut etiam  
a coniugio promiserim abstinere. En habes quadruplicatum exercitum, habes Scy-  
thas tributarios, & omnem Thraciam in libertatem vindicatam. Mihi, quo, pro-  
pitij, succedi iubete, ut liberè possim vacare religione quam didici, & in veritate per-  
stare, quam profecto cognoui. Hac dicete Gallicano, Imperator misit se in amplexus  
eius, referens viuuersa que gesta sunt circa filias eius, quemadmodum virgines Chri-  
sto consecratae essent, & per illas sua gratia Christus alias duas acciuerit, utique doctri-  
na summa complexa, ad perfectionem contenderent, & inter ipsa rudimenta, que  
perfectionis sunt, consecratae sint. Deinde cum Augusto Galianus intravit in pala-  
tium, cui beata Helena cum Constantia & duabus eius filiabus occurrit, fundeban-  
turque lachrymæ gaudijs plena. Nec permettebat ad domum suam redire Gallica-  
nus, sed quasi gener Augustorum, in palatio morabatur, cernens filias suas flentes in  
laudibus Dei. Cum vellat autem priuatus abscedere, rogatus ab Augustis, Consul pro-  
cessit, & in fascibus positus, quinque millia seruorum libertate donavit, & ciues Ro-  
manos fecit, prædia quoque & domos eis largitus est, omnesq; facultates suas, ijs ex-  
ceptis, qua filiarum erant, distrahi & pauperibus erogari iussit, manensq; in vrbe Osti-  
ensi, sancto viro Hilarino se adiunxit, eiusque ades auxit ad suscipiendos peregrinos,  
quos permulce recipiebat. Adhæserunt autem ei multi ex seruis eius, quos manu-  
misserat, diuulgataque est fama eius per totum orbem, ita ut ab Oriente & Occidente  
venientes, viderent virum ex patritio & consule, qui est Augustus amicissimus, la-  
uantem pedes, ponentem mensam, aquam manibus effundentem, languentibus fo-  
licitè ministrantem, & cetera sanctæ seruitutis officia exhibentem. Ipse primus in O-  
stiensis vrbe extruxit ecclesiam, & ditauit officia Clericorum. S. Laurentius Leuita ei  
apparuit, adhortans eum, ut in ipsius nomine ecclesiam fabricaret in porta, quæ ho-  
dieq;

Cap. 30

Manumis.  
ut, ooo.  
seruorum  
Gallicanus.

Vide S. Cal.  
lificani humili-  
tatem.

dieq; Laurentia nuncupatur. Rogatus autem, ut ibi institueretur ipse Episcopus, non confensit: sed ex sua voluntate quendam, qui ordinaretur, elegit: tantamque gratiam ei largitus est Dominus, ut pleni dæmonibus, mox ut in eius conspectum venissent, mundarentur; & multa in eo esset curandorum morborum vis & efficiacia.

Potens in  
miraculis.  
Cap. 4.

Cum autem decedenti Constantio Julianus successisset, legem is tulit, ne Christiani, ni quicquam in hoc mundo possiderent. Porro Gallicanus in pago Ostiensi quatuor casas habebat, quarum pensiones in eos, quos diximus, conferebat vobis, adeoque Dominum meruit habere defensorem; ut quicunque in eas ingredieretur ad fisci titulos constituyendo, ait pensiones exigendas statim a diabolo oblidiceretur? & quisquis acto rum eius esset exactior, leprosus fieret. Tum vero consulti dæmones responderunt, nisi ad sacrificandum cogeretur Gallicanus, exactores prouentuum eius haec pericula minimè euitaturos. Sed cum nemo ad hoc seculis ausus esset hortari Gallicanum, mandauit ei Julianus, ut ait sacrificaret diis, aut è finibus Italix excederet. Tum ille mox, relictis omnibus, Alexandriam petiit, & ibi per annum integrum iunctus est confessoriis Christi. Postea mox secessit in eremum, ibi, a Rauciano Comite templorum, dum cogeretur sacrificare, & contemneret, percussus gladio in corpore, Christi martyrem fecit, atque ita gaudens cum triumpho perrexit ad Dominum. Cui statim basilicam sui nominis construxerunt, in qua exuberant beneficia martyrij eius ex eo, & nunc, & usque in secula seculorum, Amen.

Cæditur  
martyr clausissimus.Cap. 5.  
Hilarini  
martyrii.  
Cap. 6.

Luc. 14.

Hilarinus autem, qui quondam Gallicanum in urbe Ostiensi suscepserat, eam cogere taurà fidei Christianæ persecutoribus sacrificare, & nolle, fustibus casus martyr esse. fatus est: eiusq; corpus in eadem urbe Christiani honorifice tumularunt.

Porro vero Julianus, captus cupiditate sacrilega, auraria sua Euangelij sententiam prætexebat. Facultates enim & patrimonia Christianis auferens, dicebat; Christus vester dicit in Euangelio: Qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Peruenit autem ad eum, Paulum & Iohannem quotidiè turbas Christianorum pauperum recreare ex ijs opibus, quas sacratissima virgo Christi Constantia reliquisset. Itaque misit ad eos qui dicere illos debere ipsi adhærere. At illi responderunt: Homines Christiani sumus. Augusta memoria Constantinus & eius liberi, cum Augustæ dignitatis apicem ornarent, & se Christi seruos gloriarentur, nos illoru imperio famulabamur. Illi enim euntis in ecclesiam, posito diadema, ad adorandum Deum proni se in terram prosternebant. At postquam mundus dignus non fuit tales habere Augustos, & calicos inter Angelos suscepserunt, tibi vero a Constantio regni solium traditum, tu religionem virtutibus plenam deseruisti, & ea sectaris, quæ optimè nosti Deo minimè probari. Ea igitur causa te salutare noluimus, sed à societate Imperij tui nos penitus subduximus. Sumus enim non pseudochristiani, sed veri & gnisi. Julianus rursus mandauit eis: Ego etiam Clericatum in Ecclesia obtinui, & si uoluissem, ad primum Ecclesiæ gradum peruenissem. Sed consideras vanum esse, relictis rebus necessariis & utilibus, inertiam sectari & ocium, ad bellicas res animum appulit, & diis sacrificauit, quorum fauore ad imperii fastigium perueni. Unde perpendere debetis aquum non esse, vt vos in aula regia nutriti, desitis latere meo, sed potius id congruere, vt primos vos habeam in palatio meo. Quod si contemptus a vobis fuerit, necesse mihi erit agere, vt cōtemni non possim. Paulus & Iohannes dixerunt: Non tibi hanc facimus iniuriam, vt qualecumque hominem tibi præferamus. Dominum tibi anteponimus, qui fecit cælum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt. Idcirco autem rūa hominis mortalis amicitiā declinamus, ne in Dei immortalis inimicitia incurramus. Nōss igitur te volumus, nunquam ad te salutandum vel colendum, nunquam ad palatiuum tuum nos esse venturos. Julianus respondit: Habetis à me decem dierum inducias, ut animum vestrum componentes, prudentiori vobis consilio, non coacti, sed vltro ad me venire maturetis. Quod si ita non feceritis, postea vel inuiti facietis, quod sponte non vultis. Paulus & Iohannes dixerunt: Iam illos decem induciarum dies puta preterisse, & quod te illis elapsis facturum minaris, hodie facito. Julianus ait: Putatis, quod martyrum loco vos Christiani habituri sint? Et cum hoc dixisset, sive exit iratus, dicens: Post diem decimum ad me sponte venientes, amicos vos habebo? noientes autem, tanquam hostes publicos vos puniam.

Psal. 145.  
Constantia  
fautorum  
martyrum.Cap. 7.  
Omnia sua  
dant pau-  
peribus.

Tum vero sancti viri Iohannes & Paulus Christianos ad se inuitantes, ordinaverunt de omnibus quæ relinqueret poterant, ac totos decem dies diu noctuque elemosynis insisterebant. Undecimo autem die intra domum suam consticti sunt, missusque est Terentianus Campiductor ad eos cum militibus hora coenandi. Qui ingressus, ut eos

DE SS. IOHANNE, PAVLO, ET GALLICANO MART. 935

eos vidit orantes, dixit; Dominus noster Julianus statuclam auream Iouis ad vos misit, vt illam ad oreris, & thura ei incendatis: quod si non feceritis, ambo gladio feriamini. Non enim vos in palatio nutritos, publice occidi par est. Iohannes & Paulus responderunt; Si Julianus tuus est dominus, habeo \* partem cum domino tuo. Nobis \* pacem alius dominus non est, nisi unus Deus pater & filius & spiritus sanctus, quem ille negare non timuit. Et quia semel a facie Dei projectus est, vult etiam alios secum trahere in perditionem. Haec & his similia multa cum illi dicent, Terentianus, volens placere Julianum, a quo in mandatis habebat, vt sine strepitu eos puniret, postquam eos ad adorandum Iouem & thura cremanda compellere non potuit, post tertiam noctis horam intra domum illorum foueam iussit fieri, in quam, ipso iubente, capite casos Gladio ce. & mox inuolutos deponi mandauit, eiusmodi sparsa fama, iussu Caesaris eos in exilium duntur Io. hannes & relegatos esse, neq; enim illum cadi eorum veligium extabat.

Non diu post Julianum in bello aduersus Persas interfecto, & Iouiniano Christianis, famo Imperatore illi subrogato, apertae sunt ecclesiae & Christiana religio gaudere coepit. Dæmones autem ex obsessis, corporibus intra domum Iohannis & Pauli ejiciebantur, confitentes sanctam passionem eorum: ita ut unico filio Terentiani, qui eos nocte decollauerat, in illam domum veniente, clamaret dæmon per os eius, a Paulo & Iohanne se inflammari. Tunc Terentianus veniens prostratus se in faciem, clamans, quod nesciens quid faceret, homo paganissimus iussis Caesaris paruisse. Atque ita, dato nomine suo, ad proximum Pascha diem percepit Christi gratiam. Cumque deinde multum dolens, assidue preces & lachrymas funderet in loco illo, in quo sanctorum corpora quiescunt, ab illis filius eius curatus est. Ipse vero Terentianus scripsit hanc sanctorum martyrum passionem ad laudem Domini nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

VITA SANCTAE MEMORIAE ANTHELMI,

EX PRIMAE CARTHVSIAE PRAEFECTO EPISCOPI

Bellicensis: edita à quodam eius aequali, & familiari amico. Stylum mutauit F. Laur. Surius, plerisque redditis paraphrasticis.

PROLOGVS AVTHORIS.

**A**PUD ethnicos antiquitus more comparatum fuisse nouimus, ut maiorum suorum, qui fortiter & præclarè se gessissent, imagines sue sculpias, siue pictas statuerent, ut earum contemplatione, posteriad expetendam virtutis & probitatis gloriam, virorum fortium exemplis admoniti, incitarentur. At verò fideles viuis veri Discipulores, multo & solidius & conuenientius atq; dignissimum beatissimorum martyrum inuictissimos agones & illustrious triumphos, tū sanctorū Confessorū præclara certamina & cū seuissimo hoste diabolo conflictus diuturnos, egregiasq; virtutes & stupenda miracula scripto cōpræhendere, & ad posteritatis noritā transmittere voluerunt: quod nemo dubitat tum pictura, tum sculptura longè esse præstantius, nec sanè immoritò id illi sibi faciendū putauere. Si n. ethnici illi vel potentia, vel rebus fortiter & ad virtutis præscriptū gestis insignes, laude digni videntur, multò potius martyres & confessores Christi cōmemorandi, laude & prædicatione efferendi, multoq; honore afficiendi sunt, idq; in præpotentis Dei, q; in illis & per illos operatus est, laudem, gloriam & honorē. Illi enim hostes suos, homines morales & infirmos: nisi totum mundum & hostes inuisibiles, multa vi & veruria instructos vicerunt. Illi opes & facultates perituras: hi thesauros indeficientes & regnum sempiternum obtinuerunt. Qua ex re facilè potest animaduerti, quām sit nobis necessarium eos omni, qua possumus, deuotione venerari, & precibus agere apud Sancti hominandi & inuocandi.

con.